



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quæ personæ gaudeant hoc immunitatis pruilegio. punct. 7

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

*& libert. Ecclesiæ, cap. 10. num. 7. & consentiunt Decian. & Bonac. *spræc.**

22. At si capella caret, et si prima sententia probabilis sit, probabilior milihi videatur in punto iuri priuilegio immunitatis gaudere, etiam si vltra 40. passus existat. Tum quia expieſe, & fine vlla limitatione in *suprad. cap. id constitutum*, concedunt domus Episcopali hoc priuilegium. Ergo limitandum non est, cum favorabile sit, & pium. Tum quia si intra 40. passus debet domus Episcopalis existere, ut hoc priuilegio gaudet, nulla ei specialis prærogativa conceditur, quæ non concedatur cuilibet alteri domui Ecclesiæ; vel canoniconum ibidem existenti: cum iis omnibus in satis probabili sententia hoc priuilegium concessum sit. Tum quia priuilegium non conceditur: quia ipsa domus Episcopi canonice deputata sit diuinis officiis: nulla enim talis est, neque quia Ecclesiæ adhuc tamquam aliquid illius, ut cæterum, facit, atrium, &c. Alias ceteris dominibus hæc effet prærogativa concedenda; sed conceditur in reuerentiam, & decorum dignitatis Episcopalis, quæ est suprema dignitas in Ecclesiæ. Ob hanc ergo rationem meritè debetur illi hæc prærogativa. Deinde domui habenti capellam, seu oratorium omnes conuenient hanc prærogatiuum debitam esse, sed ob capellam, aut oratorium priuatum: quale communiter Episcopi habent, non debetur, sicut neque ipsi priuato oratorio. Ergo dicendum est debitam esse ob Episcopalem dignitatem: sic ex communi sententia Nauart. *Man. cap. 25. num. 18.* Analt. Germ. de *scrummum* immunit. libro tertio *cap. 16. num. 45.* Tufchus præt. verbo Ecclesiæ, *concl. 9. num. 1.* & *concl. 10. num. 8.* Suarez *t. 1. de relig. cap. 9. n. 9.* Plures alios referent Farinac. de *cærer. q. 28. num. 18.* & in *append. de immunit. cap. 17. n. 272.* Dixi in punto iuri vtrius est, hoc priuilegium immunitatis palatio Episcopi vltra 40. passus ab Ecclesiæ existente debet, ut locum darem confutandini, si legitime prescriptum est: quia cum iuri aduersus non sit, brevior tempore] introduci potest: sic Sua. *dido cap. 9. num. 9. fin.* & ita hanc esse confutendam receperam testor. Couar. *dido cap. 20. num. 5.* Decian. & Bonac. in priori sententia relati. Et his coartat aduersor argumentum solutio: licer enim dominus Episcopi vltra 40. passus existat contra debitum iuri, non obinde immunitate priuari debet, si à confutidine non petuntur.

23. Decimo tertio extundit aliqui hoc priuilegium immunitatis ad domos illustriſimorum Cardinalium, non solum in iure existentiam, sed extra. Quod priuilegium cum non sit in iure fundatum, debet ex priuilegio, vel ex confutidine haberi, quæ confutudo introduci potuit ob similitudinem, quam habent cum Episcopali bus dominis: si enim iis hæc prærogativa conceditur, & Cardinalibus Ecclesiæ Principibus concedenda videatur: & ita docuit Nauart. *sum. cap. 15. num. 8.* in *fin.* Decian. *trad. crim. lib. 6. cap. 25. num. 15. in fin.* Clarius præt. *S. fin. quæst. 50. vers.* item addi Tufch. verbo Ecclesiæ, *concl. 9. n. 12.* Marian. Ital. *de immunit. Ecclesiæ, lib. 1. cap. 4. §. 9. n. 22.* Ceterum, hec conuertudo si forte aliquando viguerit) confutacionibus Greg. X 111. & Sixti V. sublata est: ut testor Farinac. de *cærer. q. 28. n. 48.* & in *append. de immunit. c. 17. n. 274.*

24. Decimo quarto extundit communiter à Doctribus hoc priuilegium ad tabernaculum Eucharistiae, si a illa illam habeat, vel ad facerendam Eucharistiam portantem, ad quem si tunc configuit, afflunt Doctores tunc esse, non minus quam si ad Ecclesiæ configuisse. Quia cum tunc hæc immunitas Ecclesiæ ob reuerentiam Eucharistiae sanctissimæ ibidem existente introducta sit, sequitur ipsam Eucharistiam portare debet, ac proinde illam amplexantem immunitate gaudere, sic innumerous referent Farinac. de *cærer. q. 28. n. 11.* & in *append. de immunit. cap. 17. num. 275.* Petri. Gregor. *finag. iuris. lib. 33. cap. 21. n. 14.* Tufchus præt. verbo Ecclesiæ, *concl. 10. num. 33.* Analt. Germ. *de sacra. immunit. lib. 3. cap. 26. n. 51.* At ut bene aduerterit Sua. *t. 1. de relig. lib. 3. cap. 9. lib. n. 10.* Bonac. *dis. 3. de primo decal. præcepto. q. 7. §. n. 11. cum glossa in cap. question. 13. q. 2.* Couar. *z. var. cap. 20. n. 6.* Hoc priuilegium non habetur in iure, ac proinde solum ex confutidine introduci potuit, & merito: quia hæc confundit pietatem fœtus, & devotionem, & reuerentiam in hoc sanctissimum, & diuinissimum sacramentum existat. Quare confutudo expectanda est, & iuxta illam casus decidendum.

25. Decimoquinto extundit ab aliquibus hoc priuilegium ad statuas Principis, quæ tamquam Ecclesiæ secutos redundunt delinquentes illuc configentes ex leg. vñica. *Cod. de his qui ad statuas configuntur.* & ex leg. 1. *Cod. de his qui ad Ecclesiæ configuntur. leg. capitalium* § ad statuas, ff de Panis. & alibi: & tradit. Petri. Gregor. *finag. iuris. lib. 33. cap. 21. n. 11.* & 12. & Holof. Anch. Ioann. Andri. e. Ecclesiæ de immunit. Ecclesiæ. & alijs plures relati à Decian. & Farinac. locis referendi. Verum hæc immunitas tametsi vigeat, sacra non est, neque inter immunitates Ecclesiæ enumeranda. Tum quia non est à Pontifice introducta. Tom quia non est in reuerentiam diuini cultus, sed in honorem humani Principis. Addi confutidine hanc immunitatem politiam sublata esse quo quid plures illa abrentrantur testatur Decian. *trad. crim. lib. 6. c. 2. n. 5.* Farinac. de *Ferd. de Castro Sum. Mor. Párs. 11.*

*carcerib. q. 28. num. 49. & in append. de immunit. cap. 17. n. 278.*

## P V N C T V M VII.

Quæ persona gaudent hoc immunitatis priuilegio.

1. *Omnibus Christianis baptizatis hoc priuilegium concessum est.*
2. *Interdictus ab ingressu Ecclesiæ hac immunitate gaudet, tandem aliqui contra sentiant.*
3. *Excommunicatus ab hoc priuilegio non excluditur.*
4. *Hæreticus in aliis criminibus ab heres, gaudet hac immunitate secundum probabilitatem sententiam.*
5. *Infideles communiter Doctores negant hac immunitate gaudere.*
6. *Contrarium alij affirmant.*
7. *Distributione conciliantur sententias.*
8. *Quando reputabatur infidelis confusus ad Ecclesiæ ville conuerti, vel conuersione simulare.*
9. *Banniti, & condemnati in criminibus exceptis, non gaudent immunitate. Secus si ex solo iudicio, seu in contumaciam condemnati sint.*
10. *Captus, & in carcere reclusus si ad Ecclesiæ fratio carcere confugiat, gaudet immunitate.*
11. *At fortiori gaudet, si captus a ministris ex eorum se manus liberet.*
12. *Item si ad supplicium pergens ad Ecclesiæ confugiat.*
13. *Si fide data custodi reeundi ad carcere, ad Ecclesiæ confugias, gaude immunitate, tameſi alij contra sentiant.*
14. *Clerici comparatione iudicium secularium gaudent immunitate.*
15. *Comparatione iudicium Ecclesiasticorum non gaudent in criminibus exceptis: in aliis vero plures Doctores consent non gaudere.*
16. *Alij e contrario affirmant.*
17. *Vixaque sententia probabilis, sed negans est probabilior attacata consuetudine.*
18. *Satis est rationibus n. 16. adductus.*
19. *Seruus confugis ad Ecclesiæ qua immunitate gaudeat comparatione dominii.*

**I** Mnibus Christianis baptizatis cuiuscunque conditio-  
nis existant: exceptis casibus in iure expressis, de quibus infra) hoc priuilegium immunitatis concessum est, ut constat ex *cap. inter alia. de immunit. Ecclesiæ. frater. cap. minoris.* si quis consumat 17. q. 4. Quapropter siue liber sit, siue seruus, siue nobilis, siue ignobilis, siue iuvenis, siue senex hoc priuilegio gaudet, ut bene probat Gutierr. præt. q. ciuit. lib. 3. q. 1. n. 7. Ratio est. Tum quia Deus non est acceptor personarum: Tum quia hæc qualitas seruitus, vel libertatis, nobilitatis, vel ignorabilitatis accidentaria est.

Sed circa hanc regulam dubitatur. Primo, an interdictus ab ingressu Ecclesiæ gaudent hac immunitate? Negat Felin. *cap. a nobis. de exception. num. 5.* Summa confusorum *z. de immunit. Ecclesiæ. q. 5.* Mouentur. Tum quia non debet Ecclesia cum recipere, quem à se per interdictum excludi. Tum quia sic ingrediens videat aduersus Ecclesiæ prohibitionem delinquare, cuius editus illi est interdictus. Eigo fructu eius auxilium implorat, *cap. quia fructus, de offens.* Sed omnino dicendum est gaudere hoc priuilegio. Tum quia interdicti censura non habet hunc effectum priuandi personam interdictam hac immunitate, ut ex iis quæ diximus de interdicto constat. Tum quia interdictus non priuatur ab ingressu Ecclesiæ materiali, sed formalis, scilicet ab ingressu Ecclesiæ in ordinis ad audienda diuina officia. Tum quia non delinquit contra censuram interdicti, qui ob vitrandam grauem penitentiam ad Ecclesiæ configuit, etiam tempore diuinorum officiorum, quia necessitate compulitus illuc configuit: sic pluribus firmat Farinac. in *append. de immunit. c. 2. n. 44.* Sua. *t. 1. de relig. lib. 3. cap. 10. n. 4.* Alexand. Ambroſin. de *immunit. Ecclesiæ. c. 8. n. 12.* Bonac. *dis. 3. q. 7. §. n. 8.*

**2** Scundo dubitatur: An excommunicatus excludatur ab hoc priuilegio? Et ratio dubitandi est. Tum quia non deceat Ecclesiæ fauere iis, qui Ecclesiæ rebellerunt. Tum quia excommunicatus ab Ecclesiæ & fideli participatione est exclusus. Ergo est exclusus ab hoc priuilegio: & ita tenet Felin. & Sum. Confess. locis precedenti nullagatis. Sed omnino tenendum est contrarium cum Farinac. *spræc.* & de *cærer. q. 28. n. 39. & 40.* Suarez *num. 4.* Bonac. *n. 9.* Ambroſin. *num. 12.* Tufchus verbo Ecclesiæ, *concl. 10. num. 26.* Iulius Clarius *lib. 5. §. fin. q. 30. n. 18.* Azor. *p. lib. 9. c. 9. post. vers. quid de pagano. Cou. z. var. cap. 20. n. 11.* Decian. *trad. crim. lib. 6. cap. 26. n. 3.* & alii. Ratio est. Tum quia excommunicatio non haberet hunc effectum priuandi excommunicatum immunitate, & ex alia parte omnibus locis sacris est hæc immunitas concessa

I 2 absque

abique excommunicati exclusione. Ergo. Neque obstat excommunicatum indignum esse hoc beneficio: tante enim maiestate pieatem Ecclesia ostendit, si illum tucatur, & defendat. Non enim considerat ad illius defensionem, delictum, & excommunicationis commissam, sed loci sanctitatem.

4 Tertio dubitatur de heretico. An exclusus sit ab hoc privilegio in aliis crimibus præter hereticum? Nam quoad hereticus punitionem certum est exclusum esse, ut postea dicimus. Affirmat Dedicatus, tract. criminibus, cap. 26, num. 4. fuit Alexander Ambrolius, de immunitate, cap. 8, num. 9. Mouentur, quia hereticus indignum esse videtur hoc beneficio, ipsoque Ecclesiæ hostis & proditor. Deinde ratione heretico à privilegio immunitatis est exclusus. Ergo est exclusus quoad omnia delicta, alias erit exclusus, & non exclusus. Nihilominus probabiliter censet Ecclesia immunitate gaudere quoad alia delicta. Sic Sylvestrus, verbo immunitatis, 3, n. 2, vers. Et idem pro de heretico, Suarez tract. 1. de religione, cap. 10, num. 13. Bonac. disq. 3. de primo decalog. p. 97, §. 3. qui respectu alteriorum delictorum criterium hereticus est exclusus. Ergo non potest impeditre immunitatem, quam delinquens obtinet, ne ob alia delicta ab Ecclesia extrahatur. Adde legem priuam hæreticum immunitate, formaliter intelligendum est, ut feliciter priuam hæreticum, quatenus hæreticus est, non quatenus est homicida, aut alio crimen infactus, alias qui delinqueret in Ecclesia priuatus esset immunitate, non solum quoad illud delictum, sed quoad alia qualibet, quod est contra communem. Et hinc responsum est fundamento contrario. Fatoque hæreticum indignum esse hoc beneficio, sed Ecclesia ob ostensionem sua peccatis ab eo illum non excludit. Neque inde sit esse hæreticum exclusum, & non exclusum absolutè, sed solum esse exclusum quoad hæretum, & admisum quoad alia delicta. Vnum tamen est omnino certum, si Ecclesia sive reconciliari gaudere immunitate, quia tunc non sunt hæretici, esti fuerint.

5 Quartu[m] dubitatur de Iudeo, Saraceno, & quolibet alio infidel[i], an Ecclesia immunitate potiatur. Negant communiter Doctores, ut videtur est apud Farinac. de carcerib. q. 28, num. 68. & in append. de immunitate, cap. 5, n. 71. & 79. Decianus, tract. criminibus, cap. 26, num. 2. Couart, 2. var. cap. 20, num. 11. Ioann. Guicciardini, lib. 3, præf. quæst. ciuil. q. 7, n. 51. & alios, & mouentur ex legi. 1. God. de his qui ad Ecclesiam confugiantur. Vbi iij confugientes ad Ecclesiam à priuilegio immunitatis excluduntur, etiamque baptisatum perent, quia simulant se Christiane legi velle coniungi, ut ibidem dicuntur, & licet in cap. inter alia de immunitate Ecclesiæ, omnibus generaliter concedatur hoc priuilegium, sive liberis sive seruis, videtur intelligendum de liberis, & seruis fidelibus: Tum quia sit decisio iuxta statuta canonum, & tradiciones legum ciuilium, & cum in legibus ciuilibus infideles excludantur, non canonicæ videtur exclusi. Tum quia de his qui foris sunt, non curat Ecclesia, neque potest illos iudicare. At si priuilegium immunitatis illis concederet, iudicare posset. Ergo non competendiuntur.

6 Verum alij non contemnunt Doctores contrarium affirmant cum glossa, & Innocent. in cap. inter alia de immunitate Ecclesiæ, verbo extrahendus, sic Sylvestrus, in summa, verbo immunitatis, 3, n. 2, uer. secundum de pagano, Tabien, codem n. 7. Arimil, n. 9. Hieron. Tabul commun. contra commun. q. 269. Marian. Ital. de immunitate, lib. 1, cap. 3, §. 1, per totum. Et mouentur: quia in e. inter alia, c. minor, cap. frater, cap. si quis inuenitus, e. si quis contumax omnibus indistincte conceditur hoc priuilegium, quia non propter personas, sed personis propter locum conceditur. At infideles capaces sunt huius concessionis. Ergo sive velint conuerti, sive renuant, hoc priuilegio gaudent.

7 In hac contrarietate media via credere procedendum: gaudent, inquam, immunitate infidelem ad Ecclesiam confugientem, si velit fidelis esse, fecus si simulet se velle conuerti: sic Nauart, cap. 2, num. 10. Baiardi, ad Clarum, q. 30, num. 23. Suarez de religione, 1. cap. 10, num. 10. & 11. Bonac. disq. 3. de primo decalog. p. 97, §. 7. de immunitate, §. 3, n. 5. Azot. in p. moral. 2. p. lib. 9. cap. 9, q. 9. Tufchus verbo Ecclesiæ, conel. 10, n. 18. Farinac. in append. de immunitate, cap. 5, n. 83. Ioann. Guicciardini, præf. quæst. ciuil. lib. 3, quæst. 7, num. 51. Vt ratiæ pars probatur argumentis primæ & secundæ sententia. Et prædicta, quia dignum est, ut Ecclesia fauatur ei, qui ei inferire cupit, fecus ei qui renuit. Item quia leges ciuilis seruandæ sunt, quod leges canonicas non contradicunt: at nulla lex canonica exprestè de infidelibus disponit, gaudent, vel non gaudent immunitate. Ergo seruandæ sunt in hac parte leges ciuilis. Item negati non potest dubium esse, an infideles in legibus canonicas comprehenshi fuerint, cum exprestè de illis non fuerit facta mentio. Sed quoties dubium insurget lege canonica, perenda interpretatio est ex lege ciuilis, ut et apud omnes receperunt. Ergo in hoc dubio deciderint est haec quæstio ex lege ciuilis: At in leg. prima, Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiantur, excluditur ab immunitate qui se simular conuerti. Ergo tacite admittitur, qui vere conuerti vult.

8 Difficilias autem est; quando reputabitur confugiens se velle conuerti, vel potius simulare conuersionem? In qua

re placet mihi sententia doctissimi Franc. Suar. quæna sequitur, Bonac. & Farinac. locis relatis: si enim ante patrum delictum, & conceptum iudicis timorem signa dederit conversionis, tunc quidem confugiens ad Ecclesiam, & baptisatum perens, non debet præsumi simulare petere, sed ex animo, quia debet præsumi ex eadem voluntate, qua primò baptisatum desiderabat hanc oris petitionem, non ex animo virandi penam, & se securum reddendi in Ecclesia. Quod si post patrum delictum, conceptum iudicis timorem baptisatum petat, simulare petere præsumendum est, ut clare videtur decidi in dicta leg. prima, Cod. de his, qui ad Ecclesias confugiantur, & tradunt plutes relati a Farinac. dicto cap. 5, num. 82. Verum, an haec præsumptio si iuri, & de iure, aduersus quam nulla admittitur probatio; non leuis est inter Doctores controvæsiæ; Negat Suar. Bonac. & Farinac. num. 84. esse præsumptionem iuri, & de iure, sed solum esse præsumptionem iuri, aduersus quam admittitur probatio. Credo tamen eum Panoim, in d. cap. inter alia, probabiliter præsumptionem esse iuri, & de iure: quia illa dicunt præsumptio iuri, & de iure, quando ius certum quid statut ob præsumptionem quam habet, ut multis allegatis probat Menoch. de p[ro]sumpt. lib. 1, quæst. 3, à num. 16, & Tom. Sanch. lib. 7, de matr. disput. 37, num. 7, & 8. At in præsenti ius ciuile statutum paganus confugientem ad Ecclesiam, & baptisatum petentem, non est ab Ecclesia defendantum ob præsumptionem quam habet simulationis. Ergo est præsumptio iuri, & de iure, de tali simulatione; ac prouide non admittitur probatio directa contra illam: bene tamen admitti potest probatio indirecta, qua fundamentum simulationis excluditur, ut alii allegatis probat Thom. Sanch. num. 33. Est autem probatio indirecta in præfensi, si probet alii rationibus præter delictum commissum motum esse ad perendum baptisatum. Interim vero quod haec indirecta probatio sit, potest Ecclesia ad se confugientem defendere, factaque probationis si iudicet Ecclesia petitionem ex vero animo conversionis uitam esse, concedet immunitatem, sicut & baptisatum concedere tenebat: fucus vero si id probatum non fuerit, tamen Bonac. Suar. locis allegari.

9 Quinto dubitatur. An bani[ti], & condemnari, si ad Ecclesiam confugiant, gaudente immunitate? ut quidem si plenaria probationibus condemnata sint ob delictum exceptum, nemini potest esse dubium, non gaudent immunitate; quia si ante condemnationem ea non gaudent, post condemnationem melioris conditionis esse non debent, ut bene aduerit Farinac. de carcerib. q. 28, num. 47. At si ex solis iudicis, & non ex probationibus concordentibus condemnata sint; quia tunc condemnata sunt ob consummacionem, & potius ob illam, quam ob delictum, dubium est an immunitate gaudent: Et idem est de condemnatis ob delicta non excepta ab hoc priuilegio. Decianus part. tract. criminibus, lib. 6, cap. 27, n. 8. distinguunt calum ad Ecclesiam confugit animo se defendant ab aliquo molestia gaudent, fucus si exposito, & ex voluntate vitandi penam ibi vellet habitare. Sed non placet distinctio, quia iure fundata non est. Credo ergo priuilegium immunitatis gaudent, quomodounque ad Ecclesiam confugiat: quia ipse non intendit inobedientiam fouere, sed condemnationem vitare; & ita tradit Farinac. de carcerib. q. 28, num. 47, & in append. de immunitate, à n. 42.

10 Sexto dubitatur de captis, & in carcere reclusis, an si fracto carcere ad Ecclesiam confugiant, profici illis immunitas? Negat Pet. Gregor. Suar. iuri, lib. 33, cap. 22, num. 2, vers. Non effractores carcera. Ratio esse potest, quia potest iudicium, & illorum iudicio sunt incarcerauti subiecti. Ergo contraria iustitia a tali iudicio se eximunt. Ergo ne dicamus Ecclesiæ iustitiae fauere, neganda est illi delinquentibus immunitas. Ceterum, omnino tenenda est sententia contraria cum Nauart. sum. 25, num. 19. Decianus, tract. criminibus, 2. p. lib. 6, cap. 28, num. 28. Franc. Suar. lib. 3, de reverentia debitis leuis sacri, cap. 1, num. 18, & 19. Couart, 2. var. cap. 20, num. 13. Farinac. q. 28, num. 41. Tufchus, præf. conel. verbo Ecclesiæ, conel. 10, n. 30. Alexand. Ambroſius, de immunitate, & libertate, Ecclesiæ, cap. 10, n. 1. Bonac. quæst. 7, de immunitate, §. 2, num. 10, & alios apud ipsos. Ratio est clara, quia priuilegium immunitatis omnibus confugientibus ad Ecclesiam conceditur præter casus exceptos, sed si pulsus vinculis ad Ecclesias confugium, fractiūne carcerebus, non est delictum exceptum. Ergo Secus vero dicendum est de eo, quod birrarij per locum sacrum duxissent ad carcere: huic enim non prodest loci immunitas; quia non ipse ad locum confugit, sed per illum vietus dicitur; si pluribus firmat Ioann. Guicciardini, lib. 3, præf. quæst. ciuil. q. 6, per totam, Franc. Suarez 1. p. de religione, lib. 3, cap. 11, n. 18. Tufchus verbo Ecclesiæ, conel. 11, n. 28. Alexand. Ambroſius, de immunitate, & libertate, Ecclesiæ, cap. 10, n. 1. Farinac. de carcerib. q. 28, num. 69, & in append. de immunitate, 1, 15, n. 20. Dacianus, tract. criminibus, lib. 6, cap. 28, n. 30. Bonac. disq. 3, q. 7, de immunitate, §. 2, num. 10. Neque obstar fundamenum contrarium. Iudices enim solum obtinent potestate iudicandi reum, dum ipse reus in sua iurisdictione existit, fucus si extra illam exeat; sicuti exiit confugiens ad Ecclesiam. Neque in hac fuga committit graue delictum, quia

qui virgit suo. Et dato quod illum committat, non est crimen exceptum ab immunitate.

11 Hinc à fortiori infertur, si caput à ministris iustitiae ex eorum manibus in locum sacrum te recipias immunitate gaudere; quia positus in libertate ad Ecclesiam confugis sic Ioan. Gutier. dicto lib.3. q.6. num.4. &c. 5. Decian. lib.6. cap. 28. num.32. Tulchus verbo Ecclesia. concl. 10. num.21. &c. 30. Farinac. in append. cap. 15. num. 196. Analt. Germ. de sacrerim immunit. lib.3. cap. 16. n.56. Quod credo excedendum esse, etiam si per vim tecum feres ministris iustitiae; semper enim verum est te ad Ecclesiam confugere; ac proinde illius debes immunitate gaudere. Mariana Ital. de immunit. Ecclesia. lib.1. cap. 6. §.2. num.20. & agg. Farinac. in append. de immunit. cap. 15. num.197. Tulchus verbo Ecclesia. concl. 10. num.22. & alijs.

12 Secundò infero gaudere immunitate condemnatum ad mortem, si cum ad supplicium ducitur si manus ministrorum se eximes ad Ecclesiam confugit ob eandem rationem, & tradit multis relata. Gutier. præt. quæst. civil. lib.3. q.4. num.10. Decian. lib.6. cap. 28. num.19. Farinac. in append. de immunit. cap.15. num.197. Tulchus verbo Ecclesia. concl. 10. num.22. & alijs.

13 Sed quid dicendum, si fide data custodi, & iuramento praestito redendum, ad Ecclesiam confugias? Communis sententia tenet te gaudere immunitate, si carceraio in iusta fuit. At si fuit iusta, plures Doctores tenent tibi immunitatem non prodebet. Decian. træt. crimin. lib.6. cap.28. n.21. Azor. 2. p. insit. moral. lib.9. cap.9. vers. quid dicendum, & alijs relati à Farinac. in append. de immunit. cap. 15. num.199. Ceterum, existimo cum eodem Farinac. num.200. Fagund. 2. p. præcept. Ecclesia. lib.4. cap.4. num.68. omnino gaudere immunitate; quia periculum non tollit immunitatem: & ex alia parte non eras incarcerated pro crimine excepto. Ergo. Addi facillimo negotio imperati posse relaxationem iuramenti, & sic cessabile.

Subdii tamen Francisc. Suat. alios referens lib.3. cap. 11. n.20. fine, & Fagund. suprà, si nolis ad carcere sedire, posse prælatum dare facultatem, ut ab Ecclesia extraharis habita cautio ne de immunitate corporalis penæ, secus si illius penæ subfuerit aliquod mortale periculum. At hoc dictum nullo modo approbo, sicuti neppur approbat Farinac. suprà, & Bonac. q.7. de immunit. §. 2. num.10. Quia hæc traditio priuilegii immunitatis ibi concessum destrueret. Neque inde sit Ecclesiam fauere delicto, sed fauere delinqutem ob delictum commissum. Quid si virgeat aliquis te in Ecclesia delinquere, violans fidem datam, & iuramentum prælitum de redendo. Ergo ratione huius delicti non gaudere immunitate. Facilius est responso. Concedo namque te non gaudere immunitate quod punitionem illius perit, & infidelitatem. At gaudes immunitate quod punitionem illius delicti, pro quo ante carceratus eras. Addi te à posteriori excusat posse, si relaxationem iuramenti obtinebas?

14 Septimò dubitatur de clericis: An gaudere hac immunitate? Nemini est dubium gaudere comparatione iudicium secularium. Tum quia non debebant esse deterioris conditionis, quam laici. Tum quia ratione dignitatis ab eorum iudicio excepti sunt. Quid si de clericis in minoribus constitutis, neque habentibus beneficium, neque aliui Ecclesiæ specialiter addicte loquaruntur, quique iurisdictioni iudicium secularium subduntur, eodem modo, ac de laicis dicendum est, immunitate gaudere: & noratus Suat. lib.3. cap.10. num.7. Nauat. cap.35. num.2. Bonac. de immunit. q.7. §. 2. n.6.

Quapropter difficultas est; An clericis beneficiari, vel in maioriis ordinibus constituti, quaque à layac potestatis iurisdictione excluduntur, & Ecclesiastice sunt adducti gaudere immunitate Ecclesiæ comparatione suorum iudicium, sicut gaudet laici comparatione suorum?

15 Et quidem non gaudere in criminibus exceptis mili certitudinem est; quia nullibi inuenitur hoc speciale priuilegium; & tradit Suarez lib.3. cap.10. num.7. Farinac de carcer. q.28. n.8. & append. de immunit. Ecclesia. n.35. aduersus Bernard. Diaz. præt. cap. 123. alias 115. in fine. De aliis vero criminibus variat Doctores. Abbas in cap. inter alia, de immunit. Ecclesia. num.13. Sylvest. verbo immunitas. n.7. Armilla. n.10. Rosella. n.9. Decian. træt. crimin. lib.5. cap. 28. num.14. Nauat. cap.1. num.22. Suarez lib.3. cap.10. n.5. & seqq. Marc. Anton. Genuni. præt. Archiep. cap.22. in fine. num.11. Bonac. dispe. 3. de primo decal. præcepto. q.7. de immunit. 1. §.3. num.7. & alijs apud ipsos negant. Mouentur. Primum, quia immunitas Ecclesiæ non debet derogare Ecclesiæ potestati. Ergo non debet impetrare potestatem Ecclesiasticam puniendo sibi subiectos. Secundo, immunitas personalis debita clericis non impetrat eorum punitionem à iudice Ecclesiastico. Ergo neque immunitas concessa loco, quæ maior est, hanc impetrare potest. Tertio, loci immunitatem tenetur defendere prælaus. Ecclesiasticus illius loci: si autem clericus sibi subdulus gaudet illius loci immunitate, ergo quis tunc clericum defendet à prælato volebit illam extrahere? Item quis cognoscet, an debita sit illi immunitas? Nam remittere cognitionem ci-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

qui præterit immunitatem, & aduersus quem est immunitas, absurdum videatur. Ne ergo in hac inconvenientia incidamus, dicendum est clericum comparatione iudicis Ecclesiastici immunitate non gaudere. Quarto, sequeretur ex tali priuilegio tardi posse clericorum debita puniri, cum in monasteriis, & Ecclesiæ regulariter assitant. Quinto, quia constitutione Gregor. X. IV. facta est expresa mentio laicorum, & non clericorum: ibi ad unum rantum formam reducimus, & moderamur, ut laici ad Ecclesiæ, locaque facia, & religiosa confugientibus. Ergo claret insinuatum est clericos comparatione suorum iudicem non habere hanc immunitatem, quodque amplius confortat ex eo quod ibi revocat omnia priuilegia laicis concessæ extra hendi delinquentes à loco sacro, nulla mentione facta clericorum. Denique pro hac parte est ratio fatis congruens: quia immunitas Ecclesiæ latitur, quando contra eius voluntatem delinqentes ibi existens extrahitur. Sed hoc locum non habet, cum index Ecclesiasticus extrahit clericum, quia tunc ex voluntate Ecclesiæ extrahitur. Ego.

16 Verum alij plures Doctores affirman clericos gaudere supradicta immunitate; sic dicentes esse communem sententiam defendit Farinac. de carcerib. q.28. num.7. & in append. de immunit. cap. 2. n.34. Cout. 2. var. cap. 10. num.16. Bernard. Diaz. præt. cap.115. alias 123. Clarius in præt. §. fin. q.50. Decian. træt. crimin lib.6. cap.26. num.1. Tulchus. præt. conf. verbo Ecclesia. concl. 9. num.17. & conclus 11. num.27. Alexand. Ambrofin. cap.12. de immunit. n.3. Mariana Ital. træt. de immunit. lib.1. cap.3. §.1. Joann. Gutier. præt. quæst. civil. q.3. num.1. ubi affirmat hanc veritatem esse sententiam in puncto juris, num. tamen 3. dicit contrarium esse consuetudine receptum. Mouentur ij Doctores. Primum, quia iura loquentis de immunitate, generaliter, & absque vila limitatione loquuntur, vt constat ex cap. inter alia, cap. id constitutum, cap. definitum, cap. q. quis consumat. cap. q. quis inuenit. & aliu 17. q.4. Ergo non debes ad solos laicos priuilegium limitare. leg. de pretio, ff. de Publiciana, alias clerici deterioris essent conditionis, quam laici; si quidem priuilegium laicis concessum clericis denegatur. Secundo, hoc priuilegium non personis, sed locis conceditur, vel ut melius dicam personis proper locum conceditur; sed locus communis est tam clericis, quam laicis, & magis propriis clericorum, quam laicorum. Ergo eius priuilegium clericis potius competere debet, vt latius comprobatur Roman. ex doctrina Bart. & Baldi. conf.234. Neque obstat dicere a que gaudere clericos priuilegio immunitatis, ac laicos, comparatione quidem iudicium faciliat, non Ecclesiasticum. Hoc enim non est gaudere priuilegio immunitatis; sicuti non dicunt laici gaudere priuilegio immunitatis ex eo quod existens in loco sacro non possit ab Ecclesiastico iudice puniri. Requiratur ergo, vt à suo proprio iudice puniri non possit. At si clericus à suo iudice puniri potest, neque illum Ecclesia fecurum reddit, nullum priuilegium ex loci immunitate habet. Tertio, porius clericis, quam laicis competere debet ne possint inuiti ex Ecclesia extrahi à suis iudicibus: quia Ecclesia dominus est clericorum. In domo autem propria non decet quem capere, & vinculis alligare leg. plerique, ff. de in ius vocando leg. Nemesis de Reg. iuri. Qvarto, arguo ex concilio Irden. relat. in cap. nullius 17. q.4. ibi nullius clericorum feuum aut discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec dignè peniteat à loco, cui honorem non dedit, segregetur. Ergo si dominus fecerit, & magister discipulum non potest ab Ecclesiæ extrahere, & ob correctionem punire, neque iudici Ecclesiastico licet clericum extrahere.

17 Ego vero dicendum existimo spectato iuriis rigore viramque sententiam esse probabilem. At tenta confutatio ne credo primam sententiam probabiliorē esse, quia vt bene dicit Gutier. in loco suprà allegat. p. 51. iudices Ecclesiastici delinquentes clericos ex Ecclesia extrahunt, & vinculis ligant uno vel serpulo, neque vilis est, qui immunitatem proclamat, & ratione illius te defendere procurat; cum enim ab eodem principio, & potestas Ecclesiastica iudicandi, & immunitas ornat habuerit, non erat convenienter, vt una aduersus aliam pugnaret. Quapropter absque violatione reuerentie debet loco sacro sententia Ecclesiastica delinquentes pronunciari potest in Ecclesia cap. præceptum 2. q.2. & tradit glossa cap. nullius clericorum 17. q.4. Ergo signum est comparatione Ecclesiastici iudicis non procedere immunitatem.

18 Neque obstant rationes quibus probamus gaudere hac immunitate. Ad primum digimus factis in supradictis textibus insinuari sermonem esse de laicis, & non de clericis delinqutibus. Tum quia rectoribus Ecclesia datur potestas defendendi delinqutentes cap. inter alia. Ergo non debet ipsi pretendere punitionem. Tum quia Gregor. XIV. fat. s. explicavit. Ad secundum admitto hoc priuilegium locis esse concessum, sed aduersus iurisdictionem secularium, quæ Ecclesia extrahere est, & sic clericus delictum committens, & ad Ecclesiam confugiens duplice titule à iurisdictione seculari exemptus est. Primum, ratione personæ. Secundum, ratione loci. Ad tertium, dico

## De reverentia debita locis sacris, §c.

102

non licere in propria domo capere ab alio quam à superiori illius domus, cum auctem Episcopus superior sit Ecclesia, poterit clericem ibidem capere. Ad quartum. Respondeo ibi prohiberi immoderatam castigationem serui, & discipuli. Secus moderatam, quia tamen in Ecclesia fieri posse probat Glossa ibi.

19. Ostendit dubitatur, an seruis per respectum ad dominum gaudeat immunitate? Diximus in principio huius punti comparatione iudicis immunitate gaudet resque comparatione illius per accidens est qualitas seruitur. At trespoulo domini dicit Innocent. III. in cap. inter alia. §. si verò seruus, de immunitate. Ecclesiar. ut postquam de immunitate sua dominus eius clericis iuramentum præstet, ad seruicium domini sui reddere compellitur, etiam iniurias, aliquas à domino poterit occupari. Idem habetur leg. presenti, §. fin. Cod. de his qui ad Ecclesiast. config. Quia deciso procedit, cum delictum serui patrum, aut nullum fuit; tunc enim iuramento præstato videtur sufficiens seruitus seruo dari, & periculum immoderata castigationis tolli. At si delictum graue sit regulariter iuramentum non sufficeret, sed securitate aliam debet dare dominus; alias non obligabitur prælator Ecclesiasticus seruum tradere; sic tradit glossa in dicta leg. presenti, vers. aut propter dilectum, & in authent. de mandatis principiis, in publicorum, vers. vel propter malos factum, & pluribus simili Farinac. in append. de immunit. cap. 4. num. 76. Franc. Suar. lib. 3. cap. 10. num. 2. Gurtier. præf. quæst. ciuil. quæst. i. num. 1. & 18. Azor. p. lib. 9. cap. 9. quæst. 9. in fine. Anafal. Germ. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 55. & alijs. Quid si dominus hanc securitatem noluerit, vel non poterit concedere, credo compellendum esse dominum seruum vendere, neque debere illi tradiri, ex §. fin. in istis quibus alienare licet, vel non. & glossa in dicta leg. presenti, & in authent. de mandatis, & tradit Abbas cap. inter alia, num 2. Anton. de Barro. num. 17. Decian. lib. 6. cap. 26. num. 9. & alijs relati à Farinac. in append. de immunit. cap. 4. num. 69.

### P V N C T V M VIII.

An supradictis debita sit immunitas in causa ciuilis?

- 1 Proponitur ratio dubitandi; an debitor co-surgens ad Ecclesiam gaudet immunitate.
- 2 Tenendum est gaudere debitoris immunitate.
- 3 Satisfit ratione dubitandi.
- 4 Aliquis placet hoc limitandum esse ne procedat in suspecto de fuga.
- 5 Alij limitant in debito tributum. Sed non placet.
- 6 Alij limitant in debitoribus fallitis, sed probabilis est non debere admitti talem limitationem.

**C**ontingere potest quem debitorem esse, nec esse solen-  
do, timeri carcere emancipandum esse, si non soluat, con-  
fugit ad Ecclesiam, existente fecurus?

Ratio dubitandi est; quia immunitas Ecclesiaz à iure Ecclesiastico, non ciuilis promana. At ius Ecclesiastico solum delinquentibus immunitatem concedit, non debitoribus, ut patet ex c. intor alia ex eius principio, ibi quantumcumque gratia malicie perperaverit, ex cap. id confitetur, ibi non liecat res ab Ecclesia extrahere. Rei autem proprii sunt delinquentes, non debitoris, & ex cap. 4. quæst. contumax, cap. 6. quæst. inveniens, cap. frater, & alijs, in quibus omnibus mentio est de delinquentibus, non de debitoribus, & clarius ex constitutio Gregoriana, ibi latentes delinquentem, & infra quodque delinquentes laici, & ex toto eius contextu. Ergo debitoribus ex iure Ecclesiastico immunitas non deberur. Ergo ad sumnum debetur illis ex iure ciuilis. Ergo ibi ius ciuilis non obligat, non habbit effectum. Deinde haec immunitas solum esse potest, ut debitor pecuniam corporis non sustineat; at ne laboret, & creditori servienti satisfaciat, non videtur rationabilis; tum quia prædicta iurius textu, & fuerit noceum. Quod non leviter confirmatur exemplo serui fugientis ad Ecclesiam ob seculiam domini, qui securitate accepta domino redditur, ne dominus priuocet iure libi quæstio, quod haberet, ut seruus ei laboret. Sed creditor habet ius, ut sibi debitor soluat debitum, vel satiem laboret, quod possit, ad solutionem. Ergo iniuste impeditur, ne haec obligationem implete.

2. Nihilominus tenenda est tam in consulendo, quam in indicando communis sententia; gaudere scilicet debitorum immunitatem: si Abbas in cap. inter alia de immunit. num. 22. & seq. Decian. trahit. crim. lib. 6. cap. 28. num. 34. Iohann. Gurtier. præf. quæst. ciuil. lib. 3. quæst. 1. per totam. Farinac. de carcerib. 9. 28. num. 31. & in append. de immunit. cap. 3. n. 57. Alexand. Ambroso. de immunit. lib. 3. cap. 13. numer. 2. Anafal. Germ. de sacror. immunit. lib. 2. cap. 16. numer. 8. & seqq. Franc. Suar. lib. 3. cap. 11. num. 3. Bonac. diph. 3. quæst. 7. de immunit. §. 4. num. 1. Ratio est; quia haec immunitas iure ciuilis est concessa ex leg. pre-

senti. Cod. de his, qui ad Eccles. config. & leg. vlt. odiem in, & ibi Doctores. Sed Ecclesia approbat leges, & continuo-nes ciuiles, que Ecclesiarum immunitati à se statute non pra-  
dicant, sed potius fauent, & agent, approbatque con-  
trarium cap. inter alia, & Trident. sif. 25. cap. 20. Ergo hu-  
i modi leges ciuiles canonizatae sunt. Ergo non solum à ure  
ciuili, sed canoneo haec immunitas debitoribus est con-  
cessa.

3. Et ex his soluitur ratio dubitandi. Fatoe, inquam, ex-  
presse solum mentionem fieri delinquentum, & non debitorum; quia concessa immunitate delinquentibus, debitoribus concessa manebat; eo quod absurdum erat nocentibus facere  
innocentibus exclusis. Adde sub nomine reorum eis proprii  
delinquentes intelligantur, debitoris etiam possunt intelligi,  
quia rei sunt in iudicio, & cum hoc sit privilegium favorable,  
debet secundum omnem latitudinem suæ significacionis ac-  
cipi. Ad confirmationem respondeo immunitatem esse, non so-  
lum ut consigilient defendat à pena corporali, sed ne ibi  
existens extrahatur, vinculis aliigetur, aut aliquo modo ve-  
xetur, poterit tamen citari, & si te non defendent, mittetur  
creditor in eum bonorum possessionem. Nunquam tamen tra-  
dendus est creditori in seruum quæstio hoc non debetur creditori,  
nisi post sententiam, & quasi in pacem. Secus de feno fugi-  
tio, cuius possesso, & dominium est apud dominum. Quan-  
tus feiam contrarium placuisse Oldrad. conf. 54. & Panormit.  
cap. inter alia, num 2. Boërio de cœf. 2. 15. n. 7. Albert. p. pa-  
tuorum, quæst. 39. & in Rub. Cod. de his qui ad Eccles. config.  
& aliis.

4. Aliqui limitant haec doctrinam. Primo in suspecto de  
fuga, quem effe tradendum iudici, ut securos reddatur credi-  
tor, affirmant: sic plures relati à Cour. 2. var. cap. 20. num. 14.  
& ab Anafal. Germ. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 99.  
& sequent. Mouentur. Primo; quia si suspectus de fuga po-  
lunt in die festa capi, & incarcari: i mo ab incompetenti u-  
dice ob periculum fugi, vt ex Bald. Bart. Socino. Isafone. & alijs  
probatur Cour. 2. var. cap. 20. num. 14. Ergo possunt in loco sa-  
cra argum. sumpto de temp. ad locum leg. vnum. if. si certum pe-  
natur leg. ratio, §. si per venditorem, if. de actionib. empi. Secun-  
do, debitor suspectus de fuga, est suspectus de gravi peccato si-  
quidem fugi debiti si unionem, & c. eductore fine causa fraudat. Sed Ecclesia iustum est, ut hoc peccatum impedit, cum fa-  
cile possit. Ergo tenetur iudicis hunc debitorem tradere, ut  
alia via secum creditorum reddere de fuga debitoris. Ve-  
rum haec limitatio mihi non probatur. Tum quia communi-  
ter à Doctoribus reuicitur. Tum quia delictum debitoris com-  
miserendum non potest impeditre immunitatem loco sacro con-  
fessam. Tum quia alia via fuga impedit potest abesse quo  
ad Ecclesia extrahatur: potest enim à indice custodia appon-  
Tum denique quia privilegium immunitatis non excludit sus-  
pectum de fuga. Neque argumentum de tempore ad locum est firmum, siquidem malefactor puniri potest in die felo,  
non autem in loco sacro; & ita haec limitationem reuicitur  
Cour. & Anafal. Germ. suprà Bonac. quæst. 7. de immunit.  
§. in princ. Suar. cap. 11. num. 3. Farin. in append. de immunit.  
cap. 3. n. 60. Alex. Ambro. de immunit. & libert. Ecclesiast. c. 13.  
num. 3. & alijs.

5. Secundo limitant alijs debito tributorum, quem di-  
cunt ab Ecclesia extrahi posse: sic Pet. Greg. sint ag. iuris, lib. 33.  
c. 22. n. 2. Anchian. c. inter alia n. 6. & 7. Anton. de Bucio n. 13.  
Oldrad. conf. 54. n. 2. subdit tamen attendendum esse conser-  
vandam. Mouentur ex Authent. de mandatis principiis, §. pu-  
blicorum iuncta glossa ibi; vbi id expresse habetur. Et si mai-  
potest ratio in hunc modum. Debitor conciderit immunitas ab  
Ecclesia, quatenus Ecclesia approbat leges ciuiles immunita-  
tem concedentes. At non est lex ciuilis, que his debitoribus  
immunitatem concedat; sed potius illi lex, que illis immunita-  
tem denegat. Ergo nulla est immunitas his debitoribus ab Ec-  
clesia concessa. Fatoe rationem esse efficacem, sed non est à  
communi sententia recedendum, neque immunitas Ecclesiastico  
derogandum, quia non fundatur solum ex eo quod approbat  
constitutions ciuiles loquentes de debitoribus, sed etiam ex  
eo quod omnibus delinquentibus, & reis hanc immunitatem  
concedat, aliquibus casibus exceptis: qui generali concessio-  
ne, ex communi Doctorum sententia, debitoris quicunque  
sit, & qui rei in iudicio nominantur, venient intelligentiis  
pluribus firmat. Cour. 2. var. cap. 20. num. 14. vers. sed pro-  
fecto, Farinac. de carcerib. quæst. 28. n. 31. & in append. de im-  
munit. cap. 3. num. 51. Bonac. diph. 3. quæst. 7. de immunit. §. 4. n. 2.  
Franc. Suar. lib. 3. cap. 11. num. 3. Alexand. Ambroso. de im-  
munit. cap. 13. n. 2. Anafal. Germ. de sacror. immunit. lib. 3. cap.  
16. num. 510. Azor. 2. p. lib. 9. ap. 9. vers. item dubia quæstio-  
nes est, & alijs apud ipso. Hinc colligo à fortiori gaudere im-  
munitati obligatum ad ratiociniam ex causa aliquius administra-  
tionis; sic Nauar. cap. 5. numer. 19. in fine. Farinac. in ap-  
pend. num. 63. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 19. ut oblat tex-  
tus in cap. 7. var. 17. quæst. 4. vbi quidam debitor omne Felix  
obligatus ad ratiociniam, conlurgit ad Ecclesiam, & Helias Papa  
mandat, præstato iuramento impunitatis, illum extrahere.

Noa